

*Inculpatæ tutelæ excusatio.*

Lex divina: Non occides: non solùm præcipit, ne alios interficias, sed etiam, ut te ipsum defendas, ac tuearis: quia nisi te defendas, efficis, ut hæc lex: Non occides: in propriâ tuâ personâ violetur. Nam vitam, quam tueri potes, tuâ negligentia amittis, & propterea damnaberis, sicut si te ipsum occidisses. Quomodo enim peccare dici potest, qui id facit, quod omni jure permissum? Latius explico materiam necessariæ defensionis *in meis horis subsisiviæ disc. Acad. 1. conclus. 8. cum multis seqq. usq. ad concl. 26. inclusive.*

A R T I C U L U S C X L.

*Inculpatæ tutelæ descriptio.*

Primò, ut quis sit telo lethali, ferro, lapide insultatus, seu in vasus requiritur, & quidem insultatus debet expectare insultum, & aliquem actum ab insultante, *Farin. in pract. crim. part. 4. tit. de homicid. 14. q. 125. num. 58.* primum tamen ictum insultatus expectare non tenetur, *Ego dict. disc. Acad. 1. concl. 17.* Deinde necesse est, ut quis ita sit insultatus vel aggressus, ut sine vitæ, corporisq; & famæ jacturâ ullâ ratione effugere & evitare periculum nequeat. Brevis igitur descriptio inculpatæ tutelæ, *Gobleri* placet: cujus moderamen esse dicit, neminem offendere, sed sese defendere. Cave tamen, ut hinc concludas, quem infamantem pro honoris famæq; defensione interficere posse, *Ego d. disc. 1. concl. 27.* vel insultatum fugere debere. Vide *disc. allegatū concl. 18.* Reliqua habet *Berlich. concl. 13. per totum, p. 4. Steph. hîc, Bernh. Zierit & hîc, verb. si etiam aggressorem occidat.* Quærit: An insultatus filius aggressorem patrem sine impietate interficere possit? Vide *me conclus. 15.*

A R T I C U L U S C X L I.

*Probatio defensionis inculpatæ.*

Non sufficit allegare defensionem, sed ea debet probari à reo causam allegate, si accusator dicat in libello accusatorio, quod reus dolosè, & violenter, vel perfidè defunctum occiderit. Non vulgaria hac de re tradunt *Zierit &* (ubi cum *Oldend. form. act. class. 7. in princ.* compilatores hujus constitutionis oscitantia alicujus, ac negligentia arguit) & *Steph. hîc*, qui omninò, ut & *Berlich. concl. 14. nu. 12. cum seqq. part. 4.* inspiciendi erunt.

A R T I C U L U S C X L I I.

*Probatio cedis injustæ accusatori necessaria.*

Hic articulus proponit exempla licitarum aggressionum; partim excessus illicitos contra factas aggressiones. Omni jure licet occidere adulterantem eum uxore & filiâ, *Huber. Giph. in disp. iust. in proœmio, p. 9. Bernh. Zierit & in notis hîc,*